

q̄ voluerit inter vos primus esse. erit vester ser-  
uus. Sicut filius hominis nō venit ministrari s̄  
ministrare. et dare animā suam in redemptionem  
p̄ multis. Quoniam quilibz ipsorū credebatur eē  
maior. Petrus ex papatu. Andreas ex prioratu  
discipulatus. et sic de alijs. vide supra in p̄ceden-  
ti sermōe. Ideo indignati sunt. et nisi fuisset xp̄s  
sibi venissent ad inuicē cū pugnis. Christus vero  
vt pater pius om̄ia suportans vocauit Jacobū  
et Johannē. et dixit eis. Vos scitis q̄ principes.  
et cetera. Vos autē nō sic. sed qui voluerit iter vos ma-  
ior fieri sit vester minister. Nō recipiatis maiori-  
tatem ex sanguine. vt Jacobus et Johānes. ne-  
q̄ ex dignitate vt Petrus. et sic de alijs. sed exē-  
plo mei qui nō veni ministrari sed ministrare. et  
dare animā meam in redemptionem p̄ multis.  
Cogitate quō petierunt veniam ad inuicē. Que-  
stio est sup hoc. filius hominis venit dare animā  
suam p̄ multis in redemptionem. nunquid nō p̄  
om̄ibus. Theologi distinguunt hic et dicunt. q̄  
passio christi potest considerari vel s̄m sufficien-  
tiā. et sic filius hominis venit dare animā suā p̄ o-  
m̄ibus sufficienter. imo et supabundanter. Tutori.  
Unus est mediator dei et hominū. homo christus  
iesus qui dedit semetipsum in redemptionem p̄  
om̄ibus. i. Timoth. ij. vel potest passio xp̄i con-  
siderari s̄m efficaciam s̄m quam ipsa passio xp̄i  
non habet efficaciam in om̄ibus. et sic filius hois  
venit dare animā suam p̄ multis in redemptioez  
scz efficaciter. Nota ad hoc similitudinez de mer-  
catore solvente sufficienter et habundanter p̄ciū  
p̄ omnibus captiuis. sed non om̄es volunt exi-  
re de captiuitate ex malicia. Ille magnus merca-  
tor et rex glorie christus soluit p̄cium redemptio-  
nis p̄ omnibus sufficienter. et cetera. sed non habet effi-  
caciā in infidelibus. s. iudeis paganis. et cetera. quia  
nolunt vti nec in multis christianis quorum aliq̄  
sunt in carcere supbie auaricie luxurie et cetera. nolunt  
exire. Ideo dicit p̄ multis. s. efficaciter. Nō oportet  
subijci virtualiter.

Sermo sc̄ds p̄ quarta feria  
post sc̄dam dñicā quadragesime

## **A**audi orōnem

meam dñe. Ihesus. xij. In p̄sona  
ecclesie p̄ponit verbum istud. et nō  
dicit deprecationem simpliciter vel  
petitionem sed deprecationem. i. diuersimodam  
precationem seu petitionem. Quoniam m̄triplici-  
ter potest homo precari seu petere in oratione. s.  
octo modis.

- D**esiderando ardentem
- L**achrymando plangētem
- E**xplicando patenter
- S**uplicando reuerenter
- A**llegando prudenter

**A**pellando cōfidentem

**B**enedicendo diligētem

**D**olestando indefinenter

Qui in suis petitionibus seruat istos modos si-  
ne dubio obtinebit quod petit. quia om̄is qui pe-  
tit accipit. et cetera. Dico primo q̄ est vnus modus pe-  
tendi gratias a christo domino. s. desiderando ar-  
dentem quādo cor desiderat illam gr̄am ardentem  
et inflamat. licet os nihil dicat. quasi ex verecū-  
dia. quia non se reputat dignum illud petere ore  
sed corde desiderat. illud desiderium est lachry-  
mosa petitio in auribus domini. Non sic de alijs  
dominis quibus oportet ore vel signo vel scriptu-  
ra suum cordis desiderium apire siue ostendere.  
Sed deus clarius videt corda hominum q̄ tu vi-  
des faciem tuam. Homo enim videt que patent  
deus autem intuetur cor. i. Regum. xvj. Illud  
desiderium mouet et inclinat deum ad dandam  
gratiam. Nota similitudinem. affectuosus respe-  
ctus filij in patrem sedentem ad mensam est cla-  
morosa petitio in auribus patris prouocans pa-  
trem ad dandum filio carnes vel pisces. et cetera. Ita  
deus pater cum regina matre sedet in mensa glo-  
rie. Nos vero in oratione stamus cum eo quasi  
dicendo. Domine non audeo petere sed vos sci-  
tis meum desiderium. quasi dicendo cum dauid  
Domine ante te om̄e desiderium meum. et gemi-  
tus meus a te non est absconditus. Ps. xxxvij.  
Nota ad hoc historiam de filijs israel excentib⁹  
de egypto qui ab egyptijs insequerantur et non  
poterant fugere. quia ad vnā partē erat mons  
altissimus. ad aliam mare rubrum. et inceperunt  
murmurare contra Moysen dicendo. Nunquid  
erant sepulchra in egypto ideo tulisti nos vt mo-  
reremur in solitudine. et cetera. Moyses videns ne-  
cessitatem stetit coram domino. Non legitur q̄  
diceret aliquid sed desiderabat in corde auxiliū  
diuinum. Cui dixit deus. Quid clamas ad me.  
Exod. xij. Dicit glose q̄ desiderium Moysi  
clamor erat in aurib⁹ domini. Et obtinuit q̄ ma-  
re diuiseretur. Dixit enim dominus ad eum. tu  
autem eleua virgam tuam et extende manum tu-  
am sup mare. et diuide illud vt gradiant filij Isra-  
el in medio mari per sicum. Ecce quomodo iste  
est bonus modus. Dico secundo. et cetera. scilz lachry-  
mando plangenter. Quā enim p̄sona est in aliq̄ tri-  
bulatione angustia vel temptatione et cor restrin-  
gitur et cerebrum velut spongia distillat lachry-  
mas. Iste modus est melior. qz nō solū est ibi deside-  
riū cordis. sed lachryme que deū pungūt. Bern.  
Oratio dñi vngit. sed lachryma deum pungit.  
Res aspera dura et rigida si vngetur efficit mollis  
et suavis. Sic p̄pter peccata nostra deus ē nobis  
rigidus asper et durus. sed oratio deuota ipsum  
vngit et efficit suavis et mollis et benignus. No-  
ta exemplum de euangelio vbi loquēs de se dicit

## Feria quarta post reminiscere

in persona cuiusdam regis. **Q**uidam rex quesuit a suo thesaurario et facta adequatione inuenit quod thesaurarius tenebat reddere regi decem milia florenorum. Qui dixit domine non habeo vnus denarium. **E**t rex. quia tu vane expendisti pecuniam meam cum vxore et filiis tuis. **I**deo precepit vt caperet ipse et filij et vxor et venderent. **E**cce hic duricia et asperitas in rege. **S**ed dicit textus quod ille thesaurarius incidens ad pedes regis orans humiliter dixit. **D**omine patientiam habe in me. et misertus est eius. **M**atth. xvij. et dimisit ei totum debitum. **E**cce oratio quomodo deum vngit. sed lachryma deum pungit. hoc est plus. sicut enim oratio deum vngit ad remittendum peccata sic lachryma eum pungit ad dandum gratiam. **I**deo est bonus modus personis bonis et deuotis et tribulatis vt viduis pupillis et orphanis qui non habent aliud remedium nisi recurrere ad deum et flere coram eo et ille lachryme pungit deum ad dandum eis consolationes gratias et faciendum iusticiam de peccatoribus. **A**utoritas. **N**on despiciet deus preces pupillinec viduam si effundat loquelam et gemitus nonne lachryme vidue descendunt ad maxillas maxilla autem ascendunt vsque ad celos et dominus exercituum non delectabit in illis. **E**ccl. xxxij. **O**mnis qui petit. scilicet lachrymando plangenter accipit. **D**ico tertio explicando patenter. scilicet ore dicendo deo suas miseras necessitates tribulationes et temptationes. **I**sto modo. **E**go domine sum in tali tribulatione temptatione miseria vel infirmitate. **D**omine velitis me adiuuare. **N**on intelligatis quod talia sunt deo explicanda quasi ipse nesciat. quia melius scit quam vosmet orans tribulationes. **S**ed dicit ad humiliandum cor. quia quoniam tales tribulationes dicunt ore. cor humiliatur et deuotio augmentatur. **I**stum modum ostendit **D**avid dixit. **R**euela domino viam tuam. scilicet necessitate et spera in eo et ipse faciet. ps. xxv. **L**egit in vitas patrum quod quidam sanctus heremita mirabiliter habebat gratiam orandi. **E**t aliqui quesierunt ab eo vt doceret eos orare qui respondit eis. **I**lli qui docuerunt me docebunt vos orandi modum si vultis. **E**t quis docuit vos. respondit paupes qui ostendunt plagas suas dicendo respice. et mouent pijs personas ad dandum. ita ego ostendo deo plagas peccatorum meorum vilitates. miseras meas et necessitate dico deo. domine totus sum corruptus de luxuria per oculos et per castitatis. et sic de alijs. **I**sto modo omnis qui petit accipit. **D**ico quarto supplicando humiliter. **Q**ui enim vult obtinere gratiam a rege seu papa nunquid supplicat humiliter genibus flexis capite discooperato? imo. **I**ta quando homo facit orationes tunc supplicat regi christo vel pape iesu. **Q**uoniam dicit **A**ue maria supplicat regina celi. ideo humiliter et flexis genibus debent fieri orationes que non sunt nisi supplicationes. **S**ed in hoc multi deficiunt. quia quando surgunt et induunt se dicunt orationes. proprie

non sunt orationes. **I**dem de mulieribus quoniam pingunt se dicunt **A**ue maria. **D**icatur quomodo debent orare cogitando quod vident christum iratum ex peccatis tunc incipiat orationem deuote. talis supplicatio est humilis. **T**unc papa iesus signat supplicationem dicens. fiat. **N**ota historiam de rege **A**chab iniquo et malo et idolatra et diuinorum inuocatore et innocenti occisore et sine iusticia ad quem venit **h**elias propheta ex parte domini dicens. **T**u fecisti hoc et hoc. **I**deo hec dicit dominus deus si mortuus sis in ciuitate canes comedent carnes tuas. **S**i in campo aues celi. nec remanebit de achab vsque mingentem ad parietem **A**chab vero timens humiliavit se scissis vestibus regalibus indutus est cilicio et in terra comedit panem et aquam et depositis ornamentis lecti regalibus fecit ornamenta de fassis et ibat humiliter. **S**tatim dixit deus prophete. **N**one vidisti **A**chab humiliatum coram me. **R**espondit. imo domine. **V**ade ergo ad eum et dic ei. quia humiliatus est mei causa. et non inducam malum in diebus eius sed in diebus filij eius. **R**egum. xxj. **E**x illa humilitate deus pepercit sibi cum esset ita malus. **I**deo in vestris orationibus humiliamini. **C**ogitate enim cum quo loquimini. **D**e tali oratione dicit scriptura sancta. **O**ratio humiliantis se nubes penetrabit. et non discedet donec altissimus aspiciat. **E**ccl. xxxv. **D**ico quinto allegando prudenter scilicet **L**eges canones et priuilegia vt faciunt iuriste coram iudice et principe. **M**ulti taliter allegant in oratione qui tamen condemnantur. vt legitur de quodam **L**uce. xvij. **Q**ui ascendit in templum vt oraret et peteret a deo gratiam. **E**t incepit allegare. **D**omine non sum sicut ceteri homines raptores. iniusti. adulteri. velut etiam hic publicanus. **I**eiuno bis in sabbato. decimas do omnium que possideo. **E**t publicanus a longe stans nolebat nec oculos eleuare sed ait. deus propitius esto mihi peccatori. et. **I**ste allegationes fuerunt sue condemnationes. **R**atio. quia allegabat sibi multa bona pro parte sua et irrationabiliter. quia creatura in omnibus operibus non est nisi instrumentum et deus est operarius. **E**t si cut non est regratiandum calamo de bona littera sed scriptori. **I**ta nec bonis de nobis operibus sed deo. **I**deo prudenter allegandum est dupliciter. scilicet per credentiam obsecrando. allegando quod homo credit de deo tali vel simili modo. **D**omine vos estis prouisor omnium. prouideat mihi. et. per sanctam vitam quam tenuistis. detis mihi gratiam vt teneam bonam vitam. **S**ecundo que credimus de deo per obedientiam per gratiarum actionem allegando ex parte domini et non tui. dicendo. **D**omine ex quo tot gratias fecistis mihi. quia redemptus baptisatus. et. placeat vobis etiam facere mihi hanc gratiam. quia ego inclinatus sum ad supbiam detis mihi cor humile. et sic de alijs.

# Sermo

De istis duobus modis allegando. **A**utoritas. In omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestre innotescant apud deum. **Phil. iij.** Isto modo omnis qui petit accipit. **D**ico sexto appellando confidenter. **E**t nunc quid homo potest appellare a rege ad imperatorem ab imperatore ad papam etc. **D**ico quod sic non tamen de una persona unum curie ad alteram sed de una curia ad alias ut fit sepe. quia de curia officialis appellatur ad curiam episcopi et ab illa ad curiam archiepiscopi et ab illa ad curiam pape. **I**dem de curiis regis. **D**eus etiam habet duas curias in quibus dantur sententie. **P**rima est curia iusticie. **S**ecunda misericordie. **D**e quibus david. **M**isericordiam et iudicium cantabo tibi domine. **ps. c.** **E**t quod diu sumus in hac vita curia misericordie est maior. **A**utoritas **M**isericordia superat iudicium. **J**aco. ij. **I**dem **D**avid. **M**iserationes eius super omnia opera eius. **ps. cxliij.** **P**ost mortem autem regis iusticie est maior. **Q**ui ergo vivimus si datur sententia contra nos in curia iusticie confidenter appellare debemus ad curiam misericordie. debito modo quia maiorem nunc obtineamus revocationem sententie. **N**ota ad hoc duo exempla de veteri testamento. **P**rimum de david qui licet sanctus tamen graviter peccavit. **C**um enim semel respiceret de pallatio et videret uxorem viri pulchram valde non auerterat sicut debuit statim auertere oculos suos sed sic stetit aspiciendo. statim aliquid scutifer dixit sibi. talis mulier est et vir non est in patria. **I**dem etiam peccavit cum ea et gravidavit eam et ad cooperiendum peccatum interfecit virum eius. **q**uia unum peccatum trahit aliud secum. statim in curia iusticie fuit data sententia contra eum. **E**t propheta nuntiavit sibi iusticiam dicens. vivit dominus. quia filius mortuus es tu. **ij. Reg. xij.** **D**avid autem sicut ille qui intelligebat factum appellavit statim ad curiam misericordie. **F**orma appellationis sue fuit hec. **M**iserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. **S**tatim propheta rediit ex parte domini. dicens. non morieris. **ptz** quod sententia data in curia iusticie. revocari potest in curia misericordie. **S**ecundum exemplum de **E**zechia rege contra quem fuit data sententia iusticie ut moreretur. **e**saie propheta legit sibi sententiam ex parte domini. **h**ic dicit dominus deus. dispone domui tue morieris enim tu et non viues. **iiij. Reg. xx.** **Q**ui convertit faciem suam ad parietem et appellavit ad curiam misericordie dei. **O**bscromi domine memeto quoniam quoniam ambulaveri coram te in corde perfecto. et quod bonum est in oculis tuis fecerim. **f**leuitque ezechias fletu magno. **s**tatim dixit deus **E**saie recedenti. revertere et dicit ezechie. **h**ic dicit dominus deus. **A**udivi orationem tuam et vidi lachrymas tuas. **r**evocavit sententiam. et addidit sibi annos. **xv** vite sue. **ptz** quod sententia revocata in curia misericordie que datur in curia iusticie si ad eam appellatur confidenter. **A**utoritas. **S**i dixero impio morte morieris. et egerit penitentiam a peccato suo fecerit iudicium et iusticiam vita vivet et non morietur. **A**utoritas aurea. **E**zech. xxxij. **N**ota tria. primo quod faciat

penitentiam. ecce contritio. secundo iudicium. ecce confessio. in quo sacerdos est iudex. **I**deo debet sedere. tertio iusticiam. s. satisfactionem vel punitionem de peccatis ieiunando. isto modo omnis qui petit accipit etc. **D**ico septimo mendicando diligenter siue alte scilicet petere hostiatim. **I**stum modum servamus in tribus diebus rogationum in ecclesia. in processibus enim transsumimus per vicus civitatis padisi medicando hostiatim sanctos deprecando. **P**rimo vadimus ad palatium sancte trinitatis. **I**stum modum debent tenere persone laice. dicere letaniam quolibet sero quia illa oratio est multum bona in qua invocantur omnes sancti etc. **I**dem amici iob qui fuit tribulatus dederunt sibi consilium ut teneret modum istum dicens. voca igitur si est qui tibi respondeat et ad aliquem sanctorum pervertere **J**ob. v. omnis qui petit accipit. s. isto modo. **D**ico octavo molestado indefinenter scilicet pseuerando in oratione qualiter homo christi oportunitas vel molestia sit fienda declaratur **L**uc. xj. **Q**uis vestrum habet amicum et ibit ad illum media nocte et dicit illi. amice comoda mihi tres panes quoniam mea amicus meus venit ad me de via et non habeo quod ponam ante illum. et ille deintus respondens dicit. **N**oli mihi molestus esse iam enim ostium meum clausum est. et pueri mei mecum sunt in cubili non possum surgere et dare tibi et ille si pseueraverit pulsans. **D**ico vobis et si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit propter improbitatem tamen eius surget et dabit illi quotquot habet necessarios. qui continuat omni die orationem ad bonum finem perveniet. **N**ota hic miraculum de illo milite capiteo latronum in cuius domo stetit diabolus quattuordecim annis in forma humana et erat coquinarius ubi venit ille sanctus religiosus etc.

Seria quinta post reminiscere

## Albertus Moyses

**R**et prophetas audiant illos. **L**uc. xvj. et in euang. ser. e. de san. euang. etc. habet moyses etc. **S**ecundum euang. hodiernum declarat nobis quattuor multum necessaria ad sciendum pro nostro auiameto. s. mundialis satisfactionem. diuinalem retributionem. infernalem dispositionem. scripturalem confirmationem. **H**ec quattuor sunt nobis multum necessaria ad sciendum **P**rimo mundialis satisfactionem ut caueamus **S**ecundo diuinalem retributionem ut ipsam spectemus. **T**ertio infernalem dispositionem ut ipsam vitemus **Q**uarto spirituales et scripturales confirmationem ut ipsam reformemur. **E**t de isto quarto. s. de confirmatione sancta dicit thema. habet moyses. i. scripturas et prophetas audiant illos. **D**ico primo quod in euang. hodierno declarat nobis mundialis satisfactio ut caueamus **M**undialis conversatio est de seipso nimis curare carnaliter. **P**rimo in nouo ornatu vestrum etc. **S**ecundo in delictis corporis. scilicet comedendo bibendo etc. non curare de necessitatibus proximique ostendunt in principio euangelij. **H**omo qui-

Sanctus Iustus  
alibi in sermo